Quelle:
Copyright:

Deest.

Cod. XX.

membran. Fol. foc. 10 ⅔ 14.

1
2.7.

S. Biblia v. et N. Testamenti.

Charaĉteribus quidem minuscŭlis, sed elegantissimis exaratus, ac Edenburgi 20 aureis comparatus. Continet universa Biblia V. et N. Testamenti juxta versionem S. Hieronymi, et veteris vulgatæ, quod ex collatione cum Biblius ejusdem sancti, ac 1476. et a Martianæo in Biblioth. divina S. Hieron. editis, facĭta sit manifestum. Cæterum opere pretium erit, codicem nostrum diligentius disquirere, ac memorabilia anotare. Absque ullo titulo inĉipit epistola nata S. Hieron. ad Paulinum: "Frater Ambrosius mihi tua munuscula perferens". Post hanc ejusdem Prologus in Pentateuchum ad Desiderium: "Desiderii mei desiderata accepi literas". Jam sequuntur genes. Exod. Levit. Num. et Deuteron. in capitula quidem divisa, sed non in versus, quod in toto codĭce observatur.

Librum Josue procedit Prologus S. Hier. "Tandem finito Pentateuchо Moysi". Item libb. Judĭcum, et Ruth.

Libro I Regum proponitur Prologus S. Hieron. qui dĭcitur Galeatus: "Viginti et duas literas esse apud Hebreos"; sequuntur ordine II. III. et IV Reg. Postea Paralipom. libb. duo cum profat. S. Hieron: "Si Septuaginta interpretum". Capitulo ultimo libri 2di annexa est oratio Manassis Regis Juda apocrypha: "Domine Deus omnipotens Patrum nostrorum". Contuli cum Biblius P. Sabatier, T. 3. p. 1009. et adductis ibi MSS. Colbertinis n. 270. et n. 999. ac maxime his conferam nostram orationem deprehendi, uti in edit. ac 1476. (a)

Libro Esdræ I. profianus est prologus S. Hier. in Esdram et Nehemiam ad Domnionem et Lagatianum: "Utrum difficilius sit, facere quod poscitis". Hic liber non in decem, ut habet nostra vulgata, sed in septem est capitula disjunctus. Liber, qui est apud nos 2dus, novo inchoatur capitulo, sed sine titulo, nisi quod rubro sit proscriptum: Nee, id est Nehemiæ, quo tamen non obstante in fronte foliorum sequentium legitur: Esdras I. Liber iste absolvitur capitibus XIII. ut in vulgata.

Post ultimum capitulum imediate sequitur: "Incipit liber secundus Esdræ", et continet capitula 27. Est iste liber, quem dicimus 3tium Esdræ,

(a) Orationem Manassis scriptam fuisse in sermonibus Regum Israel, et in sermonib. Hozai Prophetæ, testatur locus 2. Paralip. 33. 18. 19. Ea vero, quæ hodie Regis illius nomine extat, verba Paralipomenon uno veluti tenore subjicitur ab Auctore Constitut. Apostolicarum II. 22. absque ullo fulcro Cotelerio fictitia est ac extra Canonem Librorum Divinorum collocata. — Et antiquiores eam plures genuinam habuere, quod inde apud Fabric. Bibliothecam græc. lib. 3. p. 29. — Græcos etiamnum hodie inter alia Canticia hac Manassis oratione uti notavit Leo Allatius de libb. ecclesiast. græcor. p. 62. — Qui vero affirmarunt, eam nec græce nec hebraice reperiri, adeant Lambec. Comment. Bibl. Cæs. lib. 3. p. 27. et 079. Borster. p. 14. Dupin in Proleg. Constit. Apost. p. 17. Labb. Concil. T. 1. Paris. 1671. Cotelerii Patres Apost. — Biblia Hob. Steph. 1540. et Walton. Polyglotta.